

Feria II infra Hebdom. VI post Pentecosten.

Ad Matutinum.

D

Omine, lábi-a me-a apé-ri-es. R. Et os me-um annunti-ábit laudem tu-am.

Invitatorium.

Ps. 94, 1; Psalmus 94; H451

VI
I

Ubi-lémus De-o, + sa-lu-tá- ri nostro. ¶. Iubi-lémus. ¶. Vení-te, exsultémus Dómino, iubi-lémus De-o,

sa-lu-tá-ri nostro. Præ-occupémus fá-ci-em e-ius in confessi-ó-ne, et in psalmis iubi-lémus e-i. A. Iubi-lémus. ¶.

Quóni-am De-us magnus Dóminus, et rex magnus super omnes de-os. Quóni-am non repéllet Dóminus plebem su-am,

qui-a in manu e-ius sunt omnes fi-nes terræ, et alti-túdi-nes mónti-um ipse cónspi-cit. + Sa-lu-tá- ri. ¶. Quóni-am ipsí-us

est ma-re, et ipse fe-cit illud, et á-ri-dam funda-vé-runt manus e-ius. Vení-te, ado-rémus, et pro-ci-dámus ante De-um,

plo-rémus co-ram Dómino, qui fe-cit nos, qui-a ipse est Dóminus, De-us noster, nos autem pópu-lus e-ius,

et o-ves páscu-æ e-ius. **A.** Iubi-lémus. **V.** Hódi-e, si vo-cem e-ius audi-é-ri-tis: «No-lí-te obdu-rá-re corda vestra, si-cut in
exacerba-ti-ónē secúndum di-em tenta-ti-ónis in de-sérto: ubi tenta-vé-runt me patres vestri: proba-vé-runt et vi-dé-runt
ópe-ra me-a. **†** Sa-lu-tá- ri. **V.** Quadra-gínta annis pró-ximus fu-i gene-ra-ti-óni hu-ic, et di-xi: Semper hi errant corde.
Ipsi ve-ro non cogno-vé-runt vi-as me-as: quibus iu-rá-vi in i-ra me-a: Si intro-íbunt in réqui-em me-am.» **A.**
Iubi-lémus. **V.** Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Si-cut e-rat in princí-pi-o, et nunc, et semper,
et in sácu-la sácu-ló-rum. Amen. **†** Sa-lu-tá- ri. **A.** Iubi-lémus De-o, **†** sa-lu-tá- ri nostro. **V.**


Hymnus.

Walahfrid Strabus (†849)

II

V

I- ta sanctó-rum, vi- a, spes sa-lúsque, Christe, largí-tor pro-bi-tá-tis atque cón- di-tor pa-cis, ti-bi vo-ce,
sensu pángimus hymnum. Cu- ius est virtus mani-festa to-tum, quod pi- i possunt, quod ha-bent, quod o-re,
cor- de vel factis cúpi-unt, amó-ris igne flagrántes. Témpo-rum pa-cem, fi-de-i tenó-rem, lángui-dis cu-ram
ve-ni- ámque lap-sis, óm-nibus præsta pá-ri-ter be-á-tæ múne-ra vi-tæ. Hoc Patris pro-les, Pa-ter hoc benígne,
Spí-ri-tus præ-sens hoc u-trique compar nunc et æ-térno fá-ci-as pe-rénni témpo-re sæcli. A- men.



Psalmus 1.


Ps. 13, 2

II D

D

Ominus * de cæ-lo prospé-xit super fi-li-os hóminum.

Ps. 13



Di-xit insí-pi-ens in corde su- - o: * non est De- - us.

Corrúpti sunt, et abdominábiles facti sunt in stúdiis suis: * non est qui fáciat bonum, non est usque *ad unum*.

Dóminus de cælo prospéxit super filios hóminum, * ut vídeat si est intellegens, aut requírens Deum.

Omnes declinavérunt, † simul inútiles facti sunt: * non est qui fáciat bonum, non est usque *ad unum*.

Sepúlcrum patens est guttur eórum: † linguis suis dolóse agébant * venénum áspidum sub lábiis eórum.

Quorum os maledictióne et amaritúdine plenum est: * velóces pedes eórum ad effundéndum ságuinem.

Contrítio et infelícitas in viis eórum, † et viam pacis non cognovérunt: * non est timor Dei ante óculos eórum.

Nonne cognóscent omnes qui operántur iniquitátem, * qui dévorant plebem meam sicut escam panis?

Dóminus non invocavérunt, * illic trepidavérunt timóre, ubi non erat timor.

Quóniam Dóminus in generatióne iusta est, consílium ínopis confudístis: * quóniam Dóminus *spes eius* est.

Quis dabit ex Sion salutáre Israël? † cum avérterit Dóminus captivitátem plebis suæ, * exsultábit Iacob, et lätábitur Israël.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen. **A.**

Psalmus 2.

Ps. 14, 1; H222

IV* e

H A-bi-tá-bit * in tabernácu-lo tu-o, requi-éscet in monte sancto tu-o.

Ps. 14

Dómi-ne, quis ha-bi-tá-bit in taberná-cu-lo **tu-** o? * aut quis requi-éscet in monte **sanc-** to **tu-** o?

Qui ingréditur *sine mácula*, * et operátur iustítiam:

Qui lóquitur veritátem in *corde suo*, * qui non egit dolum in *lingua sua*:

Nec fecit próximo *suo malum*, * et opprórium non accépit advérsus **próximos suos**.

Ad níhilum dedúctus est in conspéctu *eius malignus*: * timéntes autem Dóminum glorificat:

Qui iurat próximo suo, et non décipit, † qui pecúniam suam non dedit *ad usúram*, * et múnera super innocéntem **non accépit**.

Qui **facit hæc**: * non movébitur in ætérnūm.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et *nunc et semper*, * et in sácula sáculórum. Amen. **A.**

VII c

Nclína, Dómi-ne, * aurem tu-am mi-hi, et exáudi verba me-a.

Ps. 16

Exáudi, Dómi-ne, iustí-ti-am **me-** - am: * inténde depre-ca-ti-ó- - nem **me-** - am.

Auribus pércipe oratióñem **meam**, * non in lábiis dolósis.

De vultu tuo iudícium **meum** pródeat: * óculi tui vídeant æquitátes.

Probásti cor meum, et visitásti nocte: * igne me examinásti, et non est invénta in **me** iníquitas.

Ut non loquátur os meum ópera hóminum: * propter verba labiórum tuórum ego custodívi vias duras.

Pérfice gressus meos in sémitis tuis: * ut non moveántur vestígia **mea**.

Ego clamávi, quóniam exaudísti me, Deus: * inclína aurem tuam mihi, et exáudi verba **mea**.

Mirífica misericórdias **tus**, * qui salvos facis sperántes in te.

A resisténtibus dexteræ **tuæ** custódi me, * ut pupíllam óculi.

Sub umbra alárum tuárum prótege me: * a fácie impiórum qui me afflxerunt.

Inimíci mei ániam meam circumdedérunt, † ádipem suum conclusérunt: * os eórum locútum est supérbiam.

Proiciéntes me nunc circumdedérunt me: * óculos suos statuérunt declináre in **terrā**.

Suscepérunt me sicut leo parátus ad prædam: * et sicut cátulus leónis hábitans in abditis.

Exsúrge, Dómine, præveni eum, et supplánta eum: † éripe ániam meam ab ímpio, * frámeam tuam ab inimícis manus **tuæ**.

Dómine, a paucis de terra dívide eos in vita eórum: * de absconditís tuis adimplétus est venter eórum.

Saturáti sunt filiis: * et dimisérunt reliquias suas párvulis suis.

Ego autem in iustitia apparébo conspéctui tuo: * satiábor cum apparúerit glória tua.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen.

I

Nclína, Dómi-ne, * aurem tu-am mi-hi, et exáudi verba me-a.

Psalmus 4.

Ps. 17, 2

VI F

I-li-gam te, Dómi-ne, virtus me-a.

Ps. 17, 2-16

Dí-li-gam te, Dómi-ne, forti-túdo me- - a: † Dóminus firmaméntum me- - um, * et re-fúgi-um me-um, et li-be-rá-tor
me- - us.

Deus meus adiútor **meus**, * et sperábo in eum.

Protéctor meus, et cornu salútis **meæ**, * et suscéptor **meus**.

Laudans invocábo Dóminum: * et ab inimícis meis *salvus ero*.

Circumdedérunt me dolóres **mortis**: * et torréntes iniquitátis conturbavérunt me.

Dolóres inférfi circumdedérunt me: * præoccupavérunt me láquei **mortis**.

In tribulatióne mea invocávi Dóminum, * et ad Deum meum *clamávi*.

Et exaudívit de templo sancto suo vocem meam: † et clamor meus in conspéctu eius, * introívit in *aures eius*.

Commóta est, et contrémuit terra: † fundaménta móntium conturbáta sunt, et commóta sunt, * quóniam irátus est eis.

Ascéndit fumus in ira eius: † et ignis a fácie eius *exársit*: * carbónes succénsi sunt ab eo.

Inclinávit cælos, et *descéndit*: * et calígō sub *pédibus eius*.

Et ascéndit super Chérubim, et *volávit*: * volávit super *pennas ventórum*.

Et pósuit ténebras latíbulum suum, † in circúitu eius tabernáculum eius: * tenebrósa aqua in *núbibus áëris*.

Præ fulgōre in conspéctu eius nubes transiérunt, * grando et carbónes ignis.

Et intónuit de cælo Dóminus, † et Altíssimus dedit vocem suam: * grando et carbónes ignis.

Et misit sagíttas suas, et dissipávit eos: * fúlgura multiplicávit, et conturbávit eos.

Et apparuérunt fontes aquárum, * et reveláta sunt fundaménta orbis terrárum:

Ab increpatiōne tua, Dómine, * ab inspiratiōne spíritus iræ tuæ.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen.

D



Illi-gam te, Dómi-ne, virtus me-a.

IV* e

R Etríbu-et mi-hi Dóminus * secúndum iustí-ti-am me-am.

Ps. 17, 17-35

Mi-sit de summo, *et accé-pit me: ** et assúmpsit me de a- - quis mul- - tis.

Erípuit me de inimícis meis fortíssimis, † et ab his *qui odérunt me: ** quóniam confortáti sunt super me.

Prævenérunt me in die afflictiónis meæ: * et factus est Dóminus protéctor meus.

Et edúxit me in latitúdinem: * salvum me fecit, quóniam voluit me.

Et retríbuet mihi Dóminus secúndum iustítiam meam: * et secúndum puritátem mánum meárum retríbuet mihi:

Quia custodívi vias Dómini, * nec ímpie gessi a Deo meo.

Quóniam ómnia iudícia eius in conspéctu meo: * et iustítias eius non répuli a me.

Et ero immaculátus cum eo: * et observábo me ab iniquitáte mea.

Et retríbuet mihi Dóminus secúndum iustítiam meam: † et secúndum puritátem mánum meárum * in conspéctu oculórum eius.

Cum sancto *sanc*tus eris, * et cum viro innocénte ínnocens eris:

Et cum elécto *eléctus* eris: * et cum pérvérso pervertéris.

Quóniam tu pólulum húmilem *salvum* fácies: * et óculos superbórum humiliábis.

Quóniam tu illúminas lucérnam *meam*, Dómine: * Deus meus, illúmina ténebras *meas*.

Quóniam in te erípiar a tentatióne, * et in Deo meo transgrédiar murum.

Deus meus, impollúta via *eius*: † elóquia Dómini igne examináta: * protéctor est ómnium sperántium in se.

Quóniam quis Deus præter Dóminum? * aut quis Deus præter Deum nostrum?

Deus, qui præcínxit *me virtúte*: * et pósuit immaculátam viam **meam**.


Qui perfécit pedes meos tam*quam cervórum*, * et super excélsa **státuens** me.

Qui docet manus *meas ad prælium*: * et posuísti, ut arcum áreum, **brácchia mea**.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui **Sancto**.

Sicut erat in princípio, et *nunc et semper*, * et in sácula sáculórum. Amen.

R



Etríbu-et mi-hi Dóminus * secúndum iustí-ti-am me-am.

Psalmus 6.

Ps. 17, 47; H100

VII c²

I-vit Dóminus * et bene-díctus De-us sa-lú-tis me-æ.

Ps. 17, 36-51

Et de-dísti mi-hi pro-tecti-ónem sa-lú- - tis tu- - æ: * et déxte-ra tu-a suscé-pit me:

Et disciplína tua corréxit **me** in finem: * et disciplína tua ipsa **me** docébit.

Dilatásti gressus **meos subtus me**: * et non sunt infirmáta vestígia **mea**:

Pérsequar inimícos meos et comprehéndam illos: * et non convértar, donec deficiant.

Confríngam illos, nec pótérunt stare: * cadent subtus pedes **meos**.

Et præcinxísti me virtúte ad **bellum**: * et supplantásti insurgéntes in me **subtus me**.

Et inimícos meos dedísti **mihi dorsum**, * et odiéntes me disperdidísti.

Clamavérunt, nec erat qui salvos fáceret ad **Dóminum**: * nec exaudívit eos.

Et commínuam illos, ut púlverem ante fáciem venti: * ut lutum plateárum delébo eos.

Erípies me de contradictíonibus **pópuli**: * constítues me in **caput géntium**.

Pópulus quem non cognóvi servívit **mihi**: * in audítu auris obedívit **mihi**.

Fílii aliéni mentíti sunt **mihi**, * filii aliéni inveteráti sunt, et claudicavérunt a sémitis suis.

Vivit Dóminus, et benedíctus **Deus meus**: * et exaltétur Deus salútis **meæ**.

Deus, qui das vindictas **mihi**, † et subdis **pópulos sub me**: * liberátor meus de inimícis meis iracúndis.

Et ab insurgéntibus in me exaltábis me: * a viro iníquo erípies me.

Propterea confitébor tibi in natióibus, Dómine: * et nómini tuo psalmum dicam.

Magníficans salútes Regis eius, † et fáciens misericórdiam Christo suo David: * et sémini eius usque in sáculum.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.


Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sáculórum. Amen.

V

I-vit Dóminus * et bene-dictus De-us sa-lú-tis me-æ.

Psalmus 7.


Ps. 19, 2; H100



E

X-áudi-at te Dóminus * in di-e tribu-la-ti-ónis.

Ps. 19



Exáudi-at te Dóminus in di-e tribu-la-ti-ó- - nis: * pró-tegat te nomen *De-i Ia- - cob.*

Mittat tibi auxílum de *sancto*: * et de Sion *tueáatur te.*

Memor sit omnis sacrificii *tui*: * et holocáustum tuum *pingue fiat.*

Tríbuat tibi secúndum cor *tuum*: * et omne consílium tuum *confirmet.*

Lætabimur in salutári *tuo*: * et in nómine Dei nostri *magnificábimur.*

Impleat Dóminus omnes petitíones *tuas*: * nunc cognóvi quóniam salvum fecit Dóminus *Christum suum.*

Exáudiet illum de cælo sancto *suo*: * in potentátibus salus déxteræ eius.


Hi in cùrribus, et hi in equis: * nos autem in nómine Dómini, Dei nostri *invocábimus.*

Ipsi obligáti sunt, et cecidérunt: * nos autem surréximus et erécti sumus.

Dómine, salvum fac *regem*: * et exáudi nos in die, qua *invocárimus te.*

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui *Sancto.*


Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen. A.



D

Omi-ne, in virtú-te tu-a * læ-tá- bi-tur rex.

Ps. 20



Dómi-ne in virtú-te tu-a læ-tá-bi-tur rex: * et super sa-lu-tá-re tu-um exsultá-bit ve-hemén- - ter.

Desidérium cordis eius tribuísti ei: * et voluntáte labiórum eius non fraudásti eum.

Quóniam prevænísti eum in benedictiónibus dulcéinis: * posuísti in cápite eius corónam de lápide pretióso.

Vitam pétuit a te: * et tribuísti ei longitúdinem diérum in sáculum, et in sáculum sáculi.

Magna est glória eius in salutári tuo: * glóriam et magnum decórem impónes super eum.

Quóniam dabis eum in benedictiónem in sáculum sáculi: * lætificábis eum in gáudio cum vultu tuo.

Quóniam rex sperat in Dómino: * et in misericórdia Altíssimi non commovébitur.

Inveniártur manus tua ómnibus inimícis tuis: * déxtera tua invéniat omnes, qui te odérunt.

Pones eos ut clíbanum ignis in témpore vultus tui: † Dóminus in ira sua conturbábit eos, * et devorábit eos ignis.

Fructum eórum de terra perdes: * et semen eórum a filiis hóminum.

Quóniam declinavérunt in te mala: * cogitavérunt consília, quæ non potuérunt stabilíre.

Quóniam pones eos dorsum: * in relíquiis tuis præparábis vultum eórum.

Exaltáre, Dómine, in virtúte tua: * cantábimus et psallémus virtútes tuas.


Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sáculórum. Amen.

A.

Psalmus 9.


Ps. 29, 2; H262



E

X-altábo te, Dómi-ne, * quóni-am susce-písti me.

Ps. 29



Exaltábo te, Dómi-ne, quóni-am susce-písti me: * nec de-lectásti in-imí-cos *me-os* super me.
Dómine, Deus meus, clamávi ad te, * et sanásti me.

Dómine, eduxísti ab inférno ánimam **meam**: * salvásti me a descendéntibus *in lacum*.

Psállite Dómino, sancti eius: * et confitémini memóriæ sanctitátis eius.

Quóniam ira in indignatióne eius: * et vita in voluntáte eius.

Ad vésperum demorábitur fletus: * et ad matutínum *lætitia*.

Ego autem dixi in abundántia **mea**: * Non movébor *in æténum*.

Dómine, in voluntáte **tua**, * præstítisti decóri meo virtútem.

Avertísti fáciem tuam a me, * et factus sum *conturbátus*.

Ad te, Dómine, clamábo: * et ad Deum meum *deprecábor*.

Quæ utíltas in ságuine **meo**, * dum descéndo in corruptiónem?

Numquid confitébitur tibi pulvis, * aut annuntiábit veritátem **tuam**?

Audívit Dóminus, et misértus est **mei**: * Dóminus factus est adiútor **meus**.

Convertísti planctum meum in gáudium mihi: † conscidísti saccum **meum**, * et circumdedísti me *lætitia*:

Ut cantet tibi glória mea, et non compúngar: * Dómine, Deus meus, in æténum confitébor tibi.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen. **A.**

Versus.

Ps. 29, 5




¶. Psál-li-te Dómino, sancti e-ius. R. Et confi-témi-ni memó-ri-æ sancti-tá-tis e-ius.



Pa-ter noster. *secreto usque ad ¶.* Et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem. R. Sed lí-be-ra nos a ma-lo.

Absolutio.




E X-áudi, Dómi-ne Ie-su Christe, pre-ces servó-rum tu-ó-rum, † et mi-se-ré-re nobis: * qui cum Patre et Spí-ri-tu

Sancto vi-vis et regnas in sácu-la sácu-ló-rum. R. Amen.

Benedictio.

I



ube Domne bene-dí-ce-re. Bene-dicti-óne perpé-tu-a * bene-dí-cat nos Pa-ter æ-térnus. R. Amen.

Lectio I.

2 Reg. 13, 22-25

De libro secundo Regum.

Porro non est locútus Absalom ad Amnon nec malum nec bonum; óderat enim Absalom Amnon, eo quod violásset Thamar sorórem suam. Factum est autem post tempus biénii ut tonderéntur oves Absalom in Baálhasor, quæ est iuxta Ephraim; et vocávit Absalom omnes filios regis, venítque ad regem et ait ad eum: Ecce tondéntur oves servi tui; véniat, oro, rex cum servis suis ad servum suum. Dixítque rex ad Absalom: Noli, fili mi, noli rogáre ut veniámus omnes et gravémus te. Cum autem cógeret eum, et noluísset ire, benedíxit ei.

V. Tu autem, Dómine, miserére nobis. R. Deo grátias.

Responsorium 1.

R. Cf. 2 Sam. 24, 16. ¶ Cf. Ex. 32, 12; H396

IV

R

Ecordá-re, Dó- mi- ne, testamén-ti tu- i, et dic ánge-lo percu-ti- én- ti: Ces- set iam ma-
 nus tu- a † Ut non de-so-lé-tur ter- ra, et ne per- das omnem á- ni-mam vi- vam. ¶.
 Qui- éscat, Dómi-ne i-ra tu-a a pó-pu-lo tu- o, et a ci-vi-tá-te sancta tu- a. † Ut.

Benedictio.

I



ube Domne bene-dí-ce-re. Uni-géni-tus De-i Fí-li-us * nos bene-dí-ce-re et adiuvá-re digné-tur. R. Amen.

Lectio II.

2 Reg. 13, 26-29

Et ait Absalom: Si non vis venire, véniat, óbsecro, nobíscum saltem Amnon frater meus. Dixítque ad eum rex: Non est necésse ut vadat tecum. Coégit ítaque Absalom eum et dimísit cum eo Amnon et univérsos filios regis. Fecerátque Absalom convívium quasi convívium regis. Præcéperat autem Absalom púeris suis dicens: Observáte: cum temuléntus fúerit Amnon vino, et díxero vobis: Percútite eum et interfícite; nolíte timére, ego enim sum qui præcipio: roborámini et estóte viri fortes. Fecérunt ergo púeri Absalom advérsum Amnon sicut præcéperat eis Absalom. Surgentésque omnes filii regis ascendérunt sínguli mulas suas et fugérunt.

V. Tu autem, Dómine, miserére nobis. R. Deo grátias.

Responsorium 2.

R. Cf. 1 Reg. 8, 28 *V.* 2 Paralip. 6, 14; *H396*

IV

Ex-audi-sti, Dó-mi-ne, o-ra-ti-ó-nem ser-vi tu-i, ut æ-di-fi-cá-rem tem-plum
 nó-mi-ni tu-o; † Béne-dic et sanctí-fi-ca domum istam in sem-pi-tér-num, De-us Isra-el. *V.*

Qui re-gis Isra-el, intén-de, qui dedú-cis ve-lut ovem Io-seph. † Béne-dic.

Benedictio.

I
ube Domne bene-dí-ce-re. Spí-ri-tus Sancti grá-ti-a * illúmi-net sensus et corda nostra. R. Amen.

Lectio III.

2 Reg. 13, 30-34

Cumque adhuc pérgerent in itínere, fama pervénit ad David dicens: Percússit Absalom omnes filios regis, et non remánsit ex eis saltem unus. Surréxit ítaque rex et scidit vestiménta sua et cécidit super terram, et omnes servi illíus, qui assistébant ei, scidérunt vestiménta sua. Respóndens autem Iónadab filius Sémmaa fratri David dixit: Ne ástimet dóminus meus rex quod omnes púeri filii regis occisi sint; Amnon solus mórtuus est, quóniam in ore Absalom erat pósitus ex die qua oppréssit Thamar sorórem eius. Nunc ergo ne ponat dóminus meus rex super cor suum verbum istud dicens: Omnes filii regis occisi sunt, quóniam Amnon solus mórtuus est. Fugit autem Absalom.

¶. Tu autem, Dómine, miserére nobis. R. Deo grátias.

Responsorium 3.

R. 1 Reg. 8, 28.29 V. Dt. 27, 15; H396

I A Udi, Dómi-ne hym- num et o-ra-ti-ó- nem qua servus tu- us o-rat co-ram te hódi- e;
 ut sint ócu-li tu-i apér- ti, et aures tu- æ in- tén- tæ, † Super do- mum i-stam di-
 e ac no- cte. V. Réspi-ce, Dómi-ne, de sanctu-á-ri-o tu- o, de excélo cæ-ló-rum ha- bi-tá- cu- lo. †
 Super do- mum. V. Gló-ri-a Patri, et Fí-li- o, et Spi-ri- tu- i San- cto. † Super do- mum.

Reliqua omittuntur, nisi Laudes separandæ sint.

Oratio

V. Dómine, exáudi oratiōnem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

Orémus:

O
-rémus. De-us virtú-tum, cu-ius est to-tum quod est óptimum: + ínse-re re-li-gi- ónis augmémentum; *
ut quæ sunt bona nútri-as, ac pi-e-tá-tis stúdi-o, quæ sunt nutrí-ta custódi-as. Per Dóminum nostrum Ie-sum Christum

Fí-li-um tu-um: + qui tecum vi-vit et regnat in uni-tá-te Spí-ri-tus Sancti De-us, per ómni-a sácu-la sácu-ló-rum. R. Amen.

Conclusio

V. Dómine, exáudi oratiōnem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Benedicámus Dómino.

R. Deo grátias.

V. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

R. Amen.

Ad Laudes.

D E-US, in adiu-tó-ri-um me-um inténde. R. Dómi-ne, ad adiuvándum me festína. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o,
et Spi-rí-tu-i Sancto: Si-cut e-rat in princí-pi-o, et nunc, et semper, et in sácu-la sácu-ló-rum. Amen. Alle-lú-ia.

Psalmus 1.

Ps. 50, 3; H93

VI F M I-se-ré-re * me-i De-us.

Psalmus 50.

Mi-se-ré-re me-i De- - us, * secúndum magnam mi-se-ri-córdi-am tu- - am.

Et secúndum multitúdinem miseratiónum tuárum, * dele iniquitátem meam.

Amplius lava me ab iniquitáte mea: * et a peccáto meo munda me.

Quóniam iniquitátem meam ego cognósco: * et peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, et malum coram te feci: * ut iustificéris in sermónibus tuis, et vincas cum iudicáris.

Ecce enim in iniquitáibus concéptus sum: * et in peccátiis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexísti: * incérta et occulta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, et mundábor: * lavábis me, et super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gádium et létitiam: * et exsultábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam a peccátis **meis**: * et omnes iniquitátes *meas* dele.

Cor mundum crea in *me* Deus: * et spíritum rectum ínnova in viscéribus **meis**.

Ne proiícias me a fácie **tua**: * et spíritum sanctum tuum ne áuferas a me.

Redde mihi lætítiam salutáris **tui**: * et spíritu principáli *confirma* me.

Docébo iníquos vias **tuas**: * et ímpii ad te *converténtur*.

Líbera me de sanguínibus Deus, Deus salútis **meæ**: * et exsultábit lingua mea iustítiam **tuam**.

Dómine lábia mea *apéries*: * et os meum annuntiábit laudem **tuam**.

Quóniam si voluísses sacrificium, dedísssem útique: * holocáustis non *delectáberis*.

Sacrificium Deo spíritus contribulátus: * cor contrítum et humiliátum Deus *non despícies*.

Benígne fac Dómine in bona voluntáte tua **Sion**: * ut ædificéntur muri *Ierúsalem*.

Tunc acceptábis sacrificium iustitiæ, oblationes et holocáusta: * tunc impónent super altáre *tuum* vículos.

Glória Patri *et Fílio*, * et Spirítui **Sancto**.

Sicut erat in princípio, et nunc *et semper*, * et in sǽcula sǽculórum. Amen.

M




I-se-ré-re * me-i De-us.

VIII a
I

Ntélli-ge * clamó-rem me-um Dómi-ne.

Psalmus 5.



Verba me-a áuribus péci-pe Dómi-ne, * intélli-ge clamó-rem me- - um.

Inténde voci oratiónis **meæ**, * rex meus et *Deus meus*.Quóniam ad te orábo: * Dómine mane exáudies *vocem meam*.Mane adstábo tibi et vidébo: * quóniam non Deus volens iniquitátem **tu** es.Neque habitábit iuxta te malígnus: * neque permanébunt iniústi ante óculos **tuos**.

Odísti omnes qui operántur iniquitátem: * perdes omnes qui loquúntur mendácium.

Virum sanguinum et dolósum abominábitur Dóminus: * ego autem in multitúdine misericórdiæ **tuæ**.Introíbo in domum **tuam**: * adorábo ad templum sanctum tuum in *timore tuo*.Dómine deduc me in iustítia **tua**: * propter inimícos meos dírige in conspéctu tuo *viam meam*.

Quóniam non est in ore eórum véritas: * cor eórum vanum est.

Sepúlcrum patens est guttur eórum, † linguis suis dolóse agébant: * iúdica *illos*, Deus.

Décidant a cogitatióibus suis, † secúndum multitúdinem impietátum eórum expélle eos: * quóniam irritavérunt te Dómine.

Et lätentur omnes qui sperant in te, * in ætérnum exsultábunt: et habitábis in eis.

Et gloriabúntur in te omnes qui díligunt nomen **tuum**, * quóniam tu benedíces **iusto**.Dómine, ut scuto bonæ voluntáris **tuæ** * coronásti nos.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen. **A.**

VIII a

D Omi-ne * in cæ-lo mi-se-ri-córdi-a tu-a.

Psalmus 35.

Di-xit iniústus ut de-línquat in semet-íp- - so: * non est timor De-i ante ó-cu-los e- - ius.

Quóniam dolóse egit in conspéctu eius: * ut inveniártur iníquitas eius *ad ódium*.

Verba oris eius iníquitas, et **dolus**: * nóluit intellégere ut *bene ágeret*.

Iniquitátem meditátus est in cubíli suo: † ádstitit omni viæ non **bonæ**, * malítiam autem *non odívit*.

Dómine, in cælo misericórdia tua: * et véritas tua usque *ad nubes*.

Iustítia tua sicut montes **Dei**: * iudícia tua *abýssus multa*.

Hómines, et iuménta salvábis, Dómine: * quemádmodum multiplicásti misericórdiam *tuam*, Deus.

Fílii autem **hóminum**, * in tégmíne alárum tuárum *sperábunt*.

Inebriabúntur ab ubertáte domus **tuæ**: * et torrénte voluptátis tuæ *potábis eos*.

Quóniam apud te est fons **vitæ**: * et in lúmine tuo *vidébimus lumen*.

Præténde misericórdiam tuam sciéntibus te, * et iustítiam tuam his, qui *recto sunt corde*.

Non véniat mihi pes supérbiæ: * et manus peccatóris non *móveat me*.

Ibi cecidérunt qui operántur iniquitátem: * expúlsi sunt, nec potuérunt stare.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et **semper**, * et in sácula sæculórum. Amen. **A.**


Psalmus 4.

Is. 12, 1; H93

**C**

Onvérsus est * fu-ror tu-us Dómi-ne et conso-lá-tus es me.

Canticum Isaiæ Prophetæ, Is. 12, 1-7



Confi-tébor ti-bi, Dómi-ne, quóni-am i-rá-tus es mi- - hi: * convérsus est fu-ror tu-us, et conso-lá-tus es me.

Ecce Deus salvátor meus, * fiduciáliter agam, et non timébo:

Quia fortitúdo mea, et laus mea Dóminus, * et factus est mihi *in salútem*.Hauriéris aquas in gáudio de fóntibus Salvatóris: † et dicétis in die illa: * Confitémini Dómino, et invocáte *nomen eius*:Notas fácite in pópulis adinventiōnes eius: * mementóte quóniam excésum est *nomen eius*.

Cantáte Dómino quóniam magnífice fecit: * annuntiáte hoc in univérsa terra.


Exsúlta, et lauda, habitátio Sion: * quia magnus in médio tui *Sanctus Israel*.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen. **A.**


Psalmus 5.

Ps. 148, 1; H138



L Audá-te * Dóminus de cæ-lis.

Psalmus 148.



Laudá-te Dómi-num de cæ- - lis: * laudá-te e-um in excél- - sis.

Laudáte eum omnes Angeli eius: * laudáte eum omnes virtútes eius.

Laudáte eum sol et luna: * laudáte eum omnes stellæ et lumen.

Laudáte eum cæli cælórum: * et aquæ omnes quæ super cælos sunt laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, et facta sunt: * ipse mandávit, et creáta sunt.

Státuit ea in ætérnum et in sǽculum sǽculi: * præcéptum pósuit, et non præteríbit.

Laudáte Dóminum de terra, * dracónes et omnes abýssi.

Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellárum: * quæ fáciunt verbum eius:

Montes et omnes colles: * ligna fructífera et omnes cedri.

Béstia et univérsa pécora: * serpéntes et vólucres pennátæ.


Reges terræ et omnes pópuli: * príncipes et omnes iúdices terræ.

Iúvenes et vírgines: † senes cum iunióribus laudent nomen Dómini: * quia exaltátum est nomen eius solíus.

Conféssio eius super cælum et terram: * et exaltávit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis eius: * filiis Israel, pópulo appropinquánti sibi.

Hic non dicitur Gloria Patri.



Cantá-te Dómino cánti-cum no- - vum: * laus e-ius in ecclé-si-a sanctó- - rum.

Lætétur Israel in eo qui fecit eum: * et filii Sion exsúltent in *rege suo*.

Laudent nomen eius in choro: * in týmpano et psaltério *psallant ei*.

Quia beneplácitum est Dómino in pôpulo suo: * et exaltábit mansuétos *in salútem*.

Exsultábunt sancti in glória: * lætabúntur in cubílibus suis.


Exaltationes Dei in gútture eórum: * et gládii ancípites in mánibus eórum:

Ad faciéndam vindictam in natióibus: * increpatíones *in pôpulis*.

Ad alligándos reges eórum in compédibus: * et nóbiles eórum in mánicis férreis.

Ut fácient in eis iudícium conscríptum: * glória hæc est ómnibus *sanctis eius*.

Hic non dicitur Gloria Patri.



Laudá-te Dóminum in **sanc-** - tis e- - ius: * laudá-te e-um in firmaménto virtú-tis e- - ius.

Laudáte eum in virtútibus eius: * laudáte eum secúndum multitúdinem magnitúdinis eius.

Laudáte eum in **sono tubæ**: * laudáte eum in psaltério *et* cíthara.

Laudáte eum in **týmpano** *et* choro: * laudáte eum in chordis *et* órgano.

Laudáte eum in cýmbalis benesonántibus: † laudáte eum in cýmbalis iubilatiónis: * omnis spíritus laudet Dóminum.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et **nunc** et **semper**, * et in sàcula sàculórum. Amen.

Audá-te * Dóminum de cæ-lis.

Capitulum.

Rom. 13, 12-13

N

OX præcessit, di-es autem appropinquávit. † Abii-ci-ámus ergo ópe-ra tenebrá-rum, et indu-ámur arma lu-cis. *



Sic-ut in di-e honéste ambu-lémus. R. De-o grá-ti-as.

Responsorium breve.

Ps. 40, 5

VI

S

Ana ánimam me-am, * Qui-a peccá-vi ti-bi. Sana. V. Ego di-xi: Dómi-ne mi-se-ré-re me-i. * Qui-a.



Gló-ri-a Patri, et Fi-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Sana.

Hymnus

Ambrosius († 397)

IV

S

Plendor pa-térnæ, gló-ri-æ, De lu-ce lu-cem pró-fe-reñs, Lux lu-cis, et fons lúmi-nis, Di-em di-es illúminans:
Ve-rúsque sol il-lábe-re, Mi-cans ni-tó-re pérpe-ti: Iubárque Sancti Spí-ri-tus Infúnde nostris sénsibus. Vo-tis vo-cémus et
Patrem, Patrem pe-rénnis gló-ri-æ, Patrem po-téntis grá-ti-æ, Culpam re-léget lúbri-cam. Confirmet actus strénu-os, Dentes
re-túndat ínvi-di, Ca-sus secúndet áspe-ros, Donet ge-réndi grá-ti-am. Mentem gubénet et regat, Casto, fi-dé-li córpo-re;
Fi-des ca-ló-re férve-at, Fraudis venéna nésci-at. Christúsque nobis sit cibus, Po-túsque noster sit fi-des: Læ-ti bi-bámus
sóbri-am Ebri-e-tá-tem Spí-ri-tus. Lætus di-es hic tránse-at, Pudor sit ut di-lúcum, Fi-des ve-lut me-rí-di-es,
Crepúscu-lum mens nésci-at. Auró-ra cursus pró-vehit, Auró-ra to-tus pró-de-at, In Patre to-tus Fí-li-us, Et to-tus in
Verbo Pa-ter. De-o Patri sit gló-ri-a, E-iúsque so-li Fí-li-o, Cum Spí-ri-tu Pa-rácli-to, Et nunc, et in perpé-tu-um. A-men.

Versus.

Ps. 89, 14



V. Replé-ti sumus mane mi-se-ri-córdi-a tu-a. *R.* Exsultá-vimus, et de-lectá-ti sumus.

VI F

Bene-díc-tus * De-us Isra-el.

Lc. 1, 68-79

Bene-díctus Dóminus De-us Isra-el, * qui a vi-si-tá-vit, et fe-cit redempti-ónem *ple-bis su- - æ.*

Et eréxit cornu salútis **nobis**, * in domo David púeri sui.

Sicut locútus est per os *sanctórum*, * qui a sáculo sunt, prophetárum eius:

Salútem ex inimícis **nostris**, * et de manu ómnium *qui odérunt nos*:

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus **nostris**: * et memorári testaménti *sui sancti*.

Iusiurándum, quod iurávit ad Abraham patrem **nostrum**, * datúrum *se nobis*:

Ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum liberáti, * serviámus illi.

In sanctitaté et iustítia coram **ipso**, * ómnibus diébus **nostris**.

Et tu puer, Prophéta Altíssimi *vocáberis*: * præibis enim ante fáciem Dómini paráre *vias eius*:

Ad dandam sciéntiam salútis plebi **eius**, * in remissiónem peccatórum eórum:

Per víscera misericórdiæ Dei **nostrí**: * in quibus visitávit nos, óriens *ex alto*:

Illumináre his qui in ténebris et in umbra mortis **sedent**: * ad dirigéndos pedes nostros in *viam pacis*.

Glória Patri *et Fílio*, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc *et semper*, * et in sácula sæculórum. Amen. **A.**

Ante Orationem, cantatur a Superiore:

Supplicatio Litaniæ.


K



Y-ri-e e-lé-i-son. **R.** Chris-te e-lé-i-son. Ký-ri-e e-lé-i-son.

Oratio Dominica.


P



Ater noster, qui es in cæ-lis: sancti-fi-cé-tur nomen tu-um: advéni-at regnum tu-um: fi-at vo-lúntas tu-a,
si-cut in cæ-lo et in terra: panem nostrum quo-ti-di-ánum da nobis hódi-e: et dimítte nobis dé-bi-ta nostra,
sic-ut et nos dimíttimus de-bi-tó-ribus nostris: et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem. **R.** Sed lí-be-ra nos a ma-lo.


Deinde dicitur ab Hebdomadario:

D



Omnis vo-biscum. **R.** Et cum spí-ri-tu tu-o.

In choro monialium loco Dominus vobiscum dicitur:




V. Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me- am. **R.** Et clamor me-us ad te véni-at.

O

-rémus. De-us virtú-tum, cu-ius est to-tum quod est óptimum: † ínse-re re-li-gi-ónis augméntum; * ut quæ sunt bona nútri-as, ac pi-e-tá-tis stúdi-o, quæ sunt nutrí-ta custódi-as. Per Dóminum nostrum Ie-sum Christum Fí-li-um tu-um: † qui tecum vi-vit et regnat in uni-tá-te Spí-ri-tus Sancti De-us, per ómni-a sácu-la sácu-ló-rum. R. Amen.

Hebdomadarius dicit iterum Dominus vobiscum, vel cantor dicit:



V. Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me-am. R. Et clamor me-us ad te véni-at.

Postea cantatur a cantore:

IV
B

Ene-di-cámus Dómino. R. De-o grá-ti-as.

Ad Vesperas.

D

E-US, in adiu-tó-ri-um me-um inténde. R. Dómi-ne, ad adiuvándum me festína. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o,

et Spi-rí-tu-i Sancto: Si-cut e-rat in princí-pi-o, et nunc, et semper, et in sácu-la sácu-ló-rum. Amen. Alle-lú-ia.

Psalmus 1.

Ps. 113, 18; H94

t. pereg.

N

OS qui ví-vimus, * be-ne-dí-cimus Dómino.

Psalmus 113.

In éx-i-tu Isra-el de Ægýp- - to, * domus Ia-cob de pópu-lo bárba-ro:

Facta est Iudáea sanctificátio eius, * Israel potéstas eius.

Mare *vidit*, et *fugit*: * Iordánis convérsus est *retrórsum*.

Montes exsultavérunt ut *arietes*, * et colles sicut *agni óvium*.

Quid est tibi, mare, *quod fugísti*? * et tu, Iordánis, quia convérsus es *retrórsum*?

Montes, exsultástis sicut *arietes*, * et colles, sicut *agni óvium*?

A fácie Dómini *mota est terra*, * a fácie Dei Iacob:

Qui convértil petram in *stagna aquárum*, * et rupem in fontes *aquárum*.

Non nobis, Dómine, non nobis: * sed nómini tuo *da glóriam*.

Super misericórdia tua, et veritáte tua: * nequándo dicant gentes: Ubi est Deus *eórum*?

Deus autem noster in cælo: * ómnia quæcúmque voluit, fecit.

Simulácrum géntium argéntum, et aurum, * ópera mánuum hóminum.

Os habent, et non loquéntur: * óculos habent, et non vidébunt.

Aures habent, et non áudient: * nares habent, et non odorábunt.

Manus habent, et non palpábunt: † pedes habent, et non ambulábunt: * non clamábunt in gútture suo.

Símiles illis fiant qui fáciunt ea: * et omnes qui confidunt in eis.

Domus Israel sperávit in Dómino: * adiútor eórum et protéctor eórum est.

Domus Aaron sperávit in Dómino: * adiútor eórum et protéctor eórum est.

Qui timent Dóminum, speravérunt in Dómino: * adiútor eórum et protéctor eórum est.

Dóminus memor fuit nostri: * et benedíxit nobis.

Benedíxit dómui Israel: * benedíxit dómui Aaron.

Benedíxit ómnibus, qui timent Dóminum, * pusíllis cum maióribus.

Adiíciat Dóminus super vos: * super vos, et super filios vestros.

Benedícti vos a Dómino, * qui fecit cælum, et terram.


Cælum cæli Dómino: * terram autem dedit filiis hóminum.

Non mórtui laudábunt te, Dómine: * neque omnes, qui descéndunt in infénum.

Sed nos qui vívimus, benedícimus Dómino, * ex hoc nunc et usque in sǽculum.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sǽcula sæculórum. Amen.



Psalmus 2.

Ps. 114, 2; H94

I g²

Ncliná-vit * Dómi-nus aurem su-am mi-hi.

Psalmus 114.

Di-lé-xi, quóni-am exáudi-et Dóminus: * vo-cem o-ra-ti-ónis me- - æ.

Quia inclinávit aurem suam mihi: * et in diébus meis *invocábo*.

Circumdedérunt me dolóres mortis: * et perícula inférnii *invenérunt* me.

Tribulatióñem et dolórem invéni: * et nomen Dómini *invocávi*.

O Dómine líbera ánimam meam: † miséricors Dóminus et iustus, * et Deus noster *miserétur*.

Custódiens párvulos Dóminus: * humiliátus sum, et *liberávit* me.

Convrétere ánima mea, in réquiem tuam: * quia Dóminus *benefécit* tibi.

Quia erípuit ánimam meam de morte: † óculos meos a lácrimis, * pedes meos a lapsu.

Placébo Dómino * in regióne vivórum.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sáculórum. Amen. A.

Psalmus 3.

Ps. 115, 10; H94

VIII a

C Ré-di-di, * propter quod locú-tus sum.

Psalmus 115.

Cré-di-di, propter quod locú-tus sum: * ego autem humi-li-á-tus sum ni- - mis.

Ego dixi in excéssu **meo**: * Omnis *homo mendax*.

Quid retríbuam Dómino, * pro ómnibus, quæ retríbuit mihi?

Cálicem salutáris accípiam: * et nomen Dómini *invocábo*.

Vota mea Dómino reddam coram omni pôpulo eius: * pretiósâ in conspéctu Dómini mors sanctórum eius:

O Dómine, quia ego servus **tuus**: * ego servus tuus, et filius ancíllæ **tuæ**.

Dirupísti víncula mea: † tibi sacrificábo hóstiam laudis, * et nomen Dómini *invocábo*.

Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pôpuli eius, * in átriis domus Dómini, in médio tui, *Ierúsalem*.

Hic non dicitur Gloria Patri.

Psalmus 4.

Psalmus 116.

Laudá-te Dóminum, omnes **Gen- - tes**: * laudá-te e-um, *omnes pôpu-li*:

Quóniam confirmáta est super nos misericórdia eius: * et véritas Dómini manet *in æténum*.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et **semper**, * et in sácula sáculórum. Amen.

A.

II D

*A*epe * expugna-vé-runt me a iuventú-te me-a.

Psalmus 128.

Sæpe expugna-vé-runt me a iuventú-te me- - a, * di-cat nunc Isra-el:

Sæpe expugnávérunt me a iuventúte **mea**: * étenim non potuérunt mihi.

Supra dorsum meum fabricavérunt peccatóres: * prolongávérunt iniquitátem suam.

Dóminus iustus concídit cervíces peccatórum: * confundántur et convertántur retrórsum omnes qui odérunt Sion.

Fiant sicut fóenum tectórum: * quod priúsqam evellátur, exáruit.

De quo non implévit manum suam qui metit, * et sinum suum qui manípulos cólligit.

Et non dixérunt qui præteríbant: Benedíctio Dómini super vos: * benedíximus vobis in nómíne Dómini.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen. **A.**

Capitulum.

2 Cor. 1, 3-4

B

Ene-díctus De-us, et Pa-ter Dómi-ni nostri Ie-su Christi, **†** Pa-ter mi-se-ri-cordi-á-rum, et De-us to-tí-us
conso-la-ti-ónis, * qui conso-lá-tur nos in omni tribu-la-ti-óne nostra. **R.** De-o grá-ti-as.

Responsorium breve.

Ps. 33, 2

B

VI Ene-dí-cam Dóminum * In omni témpo-re. Bene-dí-cam. **V.** Semper laus e-ius in o-re me-o. * In. **V.**
Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Bene-dí-cam.

Hymnus

Gregorius Magnus († 604)

I

Mménse cæ-li Cóndi-tor, Qui mixta ne confúnde-rent, Aquæ flu-énta dí-vi-dens, Cæ-lum de-dísti lími-tem.

Firmans locum cæ-léstibus, Simûlque terræ rí-vu-lis; Ut unda flamas témpe-ret, Terræ so-lum ne díssi-pent.

Infúnde nunc, pi-íssime, Donum per-énnis grá-ti-æ: Fraudis novæ ne cá-sibus Nos error átte-rat ve-tus.

Lu-cem fi-des invéni-at: Sic lúmi-nis Iubar fe-rat, Ut vana cuncta tére-at: Hanc falsa nulla cóprimant.

Præsta, Pa-ter pi-íssime, Patrique compar Uni-ce, Cum Spí-ri-tu Pa-rácli-to Regnans per omne sácu-lum. A-men.

Versus.

Ps. 140, 2

¶. Di-ri-gá-tur Dómi-ne o-rá-ti-o me-a. R. Sic-ut incénum in conspéctu tu-o.


Canticum B. Mariæ V.

Lc. 1, 46.68




Agní-fi-cat * ánima me-a Dómi-num, qui-a respé-xit De-us humi-li-tá-tem me-am.

Lc. 1, 46-55



Magní-fi-cat * ánima me-a Dóminum.



Et exsultá-vit spí-ri-tus me- us * in De-o, sa-lu-tá-ri me- o.

Quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ: * ecce enim, ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens est: * et sanctum nomen eius.

Et misericórdia eius a progénie in progénies * timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo: * dispérsit supérbos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede, * et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis: * et dívites dimísit inánes.

Suscépit Israel, púerum suum, * recordátus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres nostros, * Abraham, et sémini eius in sácula.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sáculórum. Amen. A.

Ante Orationem, cantatur a Superiore:

Supplicatio Litaniæ.

K

Y-ri-e e-lé-i-son. **R.** Chris-te e-lé-i-son. Ký-ri-e e-lé-i-son.

Oratio Dominica.

P

Ater noster, qui es in cæ-lis: sancti-fi-cé-tur nomen tu-um: advéni-at regnum tu-um: fi-at vo-lúntas tu-a,

si-cut in cæ-lo et in terra: panem nostrum quo-ti-di-ánum da nobis hódi-e: et dimítte nobis dé-bi-ta nostra,

sic-ut et nos dimíttimus de-bi-tó-ribus nostris: et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem. **R.** Sed lí-be-ra nos a ma-lo.

Deinde dicitur ab Hebdomadario:

D

Omnis vo-biscum. **R.** Et cum spí-ri-tu tu-o.

In choro monialium loco Dominus vobiscum dicitur:


V.

Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me- am. **R.** Et clamor me-us ad te véni-at.

O

-rémus. De-us virtú-tum, cu-ius est to-tum quod est óptimum: † ínse-re re-li-gi-ónis augméntum; * ut quæ sunt bona nútri-as, ac pi-e-tá-tis stúdi-o, quæ sunt nutrí-ta custódi-as. Per Dóminum nostrum Ie-sum Christum Fí-li-um tu-um: † qui tecum vi-vit et regnat in uni-tá-te Spí-ri-tus Sancti De-us, per ómni-a sácu-la sácu-ló-rum. **R.** Amen.

Hebdomadarius dicit iterum Dominus vobiscum, vel cantor dicit:



V. Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me- am. **R.** Et clamor me-us ad te véni-at.

Postea cantatur a cantore:

B

I
Ene-di-cámus Dómino. **R.** De- o grá-ti-as.